359

se de omnibus bonis suis mobillibus et immobillibus cum successoribus suis tenere ad implere, perficere, inviolabiliterqe observare ac exequi submittunt ac inscribunt sub vadio simili alio cum mille florenis polonis in casu alicuius conditionis perpuncto aliquam non expletis ad solvendum succumbendo et coram officio praesenti Bransceensi in primo citationis termino peremptu responsione pro vadio ac litis pro omnibus satisfactione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus eius Combus dillationis vera vel simplici informitatibus motionibus appellationibus ac quibusvis prosequitionibus aliisqe in universum cunctis iuris remediis et defensis legalibusqe impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abrenuncia[ndo]

Wyszenskiey Assecuratio

Coram officio et actis praesentibus castrensis capitaneatus Bransceensis personaliter comparens nobilis Nicolaus olim Gregorii Kamienski in Kamien Dzbrowa Kocze haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognoscit. Quia ipse Catherinae filiae nobilis Alberti Jurgiewicz Wyszynski coniugi suae futurae in matrimonium desponsatae respectu dotis postea acceptae et in bona sua importatae in omnibus in genere et singulis in specie bonis suis mobillibus et immobillibus in haereditatibus villarum Kocze piskuly Kamien Dzbrowa et aliis eo adiacentibus haereditariis obligatoriis paternis maternis quaestis et generaliter cunctis se quovis modo concernentibus nunc habitis et in post favente divina clementia habendis et acquirendis summam sexcentorum florenorum polonicalium numeri et monetae in regno currentis modo certi veri et liquidi debiti solvendam per se aut successores suos suos, ipsi aut eius successoribus sub vadio simili alio cum sexcentorum florenis polonis inscribit et assecurat. Et coram officio castrensi capitaneatus Bransceensi in primo citationis termino peremptoria responsione pro vadio ac litis omnibus satisfactione. Omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusqe impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abrenunciando ac abrenunciando sub amissione sua et suorum successorum totius et integrae causae.

Wyszenski Quietatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Bransceensibus personaliter comparens nobilis Nicolaus olim Gregorii Kamienski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognoscit. Quia nobilis ipse Albertus olim Joannis Jurgiewicz Wyszenski iuxta intercisam inter se ratione matrimonii cum ipsa Catherina filia sua ineundi confectam ad rationem summae dotis trecentorum florenorum polonorum post eandem filiam suam concessit centum septuaginta florenos polonos persolvit ideo ipsum ratione eiusdem summae quietat exothis et liberum facit ratione vero residuitatis summae salvam intercisam reservat personali sua recognitione in praemissis mediante.

Kocze piskuli Exemptio

Coram officio et actis praesentibus castrensis capitaneatus Bransceensis personaliter comparens nobilis Nicolaus olim Gregorii Kamienski in Kamien Dzbrowa Kocze haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognoscit. Quia ipse nobilis ...

359